

Παρασκευὴ, Ὀσία -

Εισαγωγή.

Vita S. Parasceres.

Bollandi: AA.SS.

Octobris v. VI. c. 56-67

230

Auctore Euthymio primate Bulgariae,
interprete P.F. Raphael Lezacovich Ord. Min.

Sole apparebit splendidior venerabilis memoria Parascerae, si vitae
rationem gestaue ac peregrinationes ejusdem, quae Christi amore
suscepit, minutim enarraverimus.

Sed quis, vel ex parte acta miraculaque ejus effari poterit?

Quis beneficia, protectiones et patrocinia, quae in Thracia Ternovii-
que et in Mesia et in Dalmatia praestitit, poterit recensere? non
solum autem per has provincias, sed per universam orbem hujus invenire
circumferri nomen.

Multa itaque et longa de Sancta Parascere nobis historia, atque sensus
noster omnem eleganter non potest enarrare.

Haec ergo Sancta ac venerabilis Parascere patriam habuit Epivatō,
parentes pios ambulantes in omnibus mandatis Dei sine querela,
eleemosynis et bonis operibus omnem vitam suam decorantes.

Educarunt porro hanc castamque columbam Christi con-
gruis in moribus et in lege Dei eam instruentes, ad coelestia migrarunt
tabernacula, hinc de domo Parascere relicta cum fratre Euthymio
qui postmodum Madyti episcopus fuit, ubi multa famosaque edidit
miracula; atque post obitum mirabiles reliquiae ejus copiosum
liquoris fontem emiserunt, cujus rei in praesens usque plurimi extant
testes, narrantes mira prodigia et opera illius.

Quare Sancta Parascere, a mandatis ad Deum parentibus, apostolicam ex
animo aemulata vitam, jejunis atque vigiliis poenitentisque et humi-
cubationibus corpus affligebat.

Unde etiam divino succensa ardore non sustinuit in multitudine sese exer-
cere; sed relictis omnibus fugam inivit, ac eremum assecuta, spirituales

231
in illa angelicamque vitam agebat, speculatoris Domini Heliae vel
certe Joannis Baptistae vitam imitata, jejuniis et vigiliis se
affligens, solitudinis herbulis idque parca et insipide victitans,
frigore et aestu agitabatur, atque ad eum solum qui a pusillanimi-
tate et calamitatibus salvare potest humiles corde, oculos suble-
vabat.

Sed neque ipsa herbula aut aquam ad satietatem capiebat, rerum
modice et continenter, idque valde tarde sub vesperam.

Quis ejus tunc fontem lachrymarum effabitur?

Suspiria crebra et continua quis enarrabit?

Humiliationes et disciplinas quis demonstrabit?

Neque enim ibi aliquis alius repertus est cui haec considerare po-
tuisset, praeter eum cujus oculi cuncta intuentur.

Non huic insolitudo de bonis fregis curae erat, non de auro frae-
natis equis, non de indumentis et lectulis, non de domibus
et ancillis, sed de animi expurgatione, de oratione reddenda in futuro
judicio et de occursum Sponsi. Te, Sponse mi, inquit, quaero; il-
ludque Canticorum semper in corde ruminans: Indicate
mihi quem diligit anima mea.

Zelabat frequenter quomodo ornaret lampadem, quomodo oleo re-
pleret, quomodo suavem Sponsi vocem audiret, quomodo sapientum
choro virginum jungeretur, quomodo Sponsi fruereetur conspectu,
specie, gloria, lumine, contubernio, beatitudine.

Circa hoc tantummodo cor ejus laborabat, circa hoc oculi ejus semper
caligabant: Quando veniam, inquit, et apparebo ante faciem Dei?

In his et similibus dum haec sese exinaniret et sollicita esset, ne-
quaquam desit malignus hostis tentare eam phantasmatibus et spe-
ctis, saepius etiam in varias sese transfigurando bestiarum formas,
quo eidem aberrandi laqueos pararet: licet & venerabilis Parascove.

altissimum posuisset refugium suum, lachrymarum fontem indesinenter ex oculis fundens.

Sic igitur haec in femineo sexu virilem consecuta animum, omnes artes daemonum ad instar cuiusdam araneorum telae dirumpibat, et tanquam David per singulos dies mysticum dejiciebat goliath; ridusque est perquam in malitiae sese glorificans draco summi opere deprimi et conculcari a prudentissima hac virgine, non secus ac vilis quaedam aricula.

Atque ita naturam supergressa suamque exornans animam, impletum est in illa propheticum illud: Concupivit rex speciem tuam.

Hac via, operatione in solitudine invenit ascensum, verboque et opere cursum vitae aeternae, mansit annos sufficientes in solitudine.

Quandam autem nocte orationi se pro solito committens, elevatis ad coelum manibus, vidit divinam quandam visionem, juvenem videlicet quendam lucidum ad se venientem, atque dicentem:

Relicta eremo in patriam revertere: illic etenim oportet te corpus terrae reddere, spiritum vero in immaterialia traducere habitacula.

Magnitudine visionis considerata, divinamque esse intelligens, gaudebat quidem de corporis dissolutione, sed de solitudinis amissione tristabatur, cum nihil sic animam purget atque pristino candori restituat sicut ~~eremus~~ eremus et silentium.

Proinde, invita licet, relictā solitudine, ad seculum regressi-

tur, 283^{ae}que Constantinopolim perueniens, ad Sophiae sive Verbi Dei speciosissimum templum accurrit.

Quid non ibi fecit illa et gessit?

Frequentissime genua flectendo, lachrymarum fontes manando, crebra cordis suspiria emittendo, solitariamque recolendo mansionem, acerrimo consummabatur angore.

Post haec, tanquam sedula et operosa apis cunctos vernos flosculos, universa illic existentia loca sacra sollicite circumiens, ad sacrosanctam Dei genitricis accessit aedem, quae in hodiernum diem Vlacheria quoque dicitur, atque ibi ad venerandam ejusdem procumbens imaginem, fervida prodiga lachrymas fundebat. Tibi, inquit, Domine mundi, omnem meam commiserit vitam. In te omnem meam fiduciam colloco, Virgo. Ne repellas me pauperculam, ne despicias famulam tuam, ab adolescentia unigeniti tui vestigiis inhaerentem.

Nosti fragilitatem femineae, Virgo, nosti afflictionem animae meae. Non est mihi alia spes, non aliud tegermentum. Tu gubernatrix, tu protectrix mea, tu totius vitae meae conservatrix. Nec desertum deambularem, te singularem habebam: nunc vero in mundum regressa quod aliud auxilium postulo praeter te? Adesto ergo mihi pauperculae, Domina, et esto mihi comes, directrix et gubernatrix usque in finem vitae meae: aliam enim spem praeter te non habeo.

Hujusmodi ex toto corde facta oratione, et omni fiducia in Dei Matri collocata, in patriam festina properabat.

Postquam autem peruenit Epirato, habitavit ibidem tempore non exiguo labore, laboribus infirmitatesque infirmitatibus addendo, vigiliis ac jejniis se decorans, solaque ad solum perpetuo sermocinans.

(Anodordū)

7
vidit visionem: quam uterque, ubi dies illuxisset, omnibus significaverunt.
Quibus auditis, omnes impetu facto, magno cum affectu reli-
quias extrahentes, tanquam thesaurum aliquem insolitum et pretio-
sum admirabantur.

Et accepto corpore, cum candelis et incenso aromatibusque et odoribus,
cum gaudio posuerunt illud in ecclesia sanctorum et gloriosimo-
rum Apostolorum.

In qua jacens plurima et admirabilia signa operabatur; neque
solum in regione illa, sed per cunctas circumjacentes provincias
miracula ejus et signa omnibus nota sunt.

Omnes enim circumvicini infirmitatibus detendi vel daemonia
habentes, qui cum fide accedebant, sanati restituebantur.

Et egressa est fama illius per universam circa regionem.

Constantinopolim usque potenter et invincibiliter universa subiecit (Constantinus Magnus, basylicus in Basiliensibus, hoc apud Bulgos Noam) et
obtinebat, ipsamque Constantinopolim depopulatam et subdens, una
cum Francis, qui eam possidebant, ad obedientiam suam re-
dactis. (1235) (x)

Hoc itaque universa possidente et corripiente, pervenit etiam ad
illum fama Sanctae Parasceves.

Qua perquam jucunde accepta, inflammatus corde et sicuti cer-
vus flammans ad fontes aquarum, ita quodammodo affe-
ctabatur hic fuit reliqua Sanctae, honorabili tumba, incorru-
ptibili thesauro.

Undique etenim miraculis claruerat, undique jubar beneficio-
rum diffuderat, omnes collustraverat fines terrae.

Quapropter commoditate temporis utens rex iste piissimus, bonum
et Deo acceptum iniit consilium, utileque et commendatissimum.

(Causa)

Sto²³⁷ ergo ad Francos Constantinopoli existentes mittit, non aurum
vel argentum exigens, non margaritas aut lapides pretiosos, sed
honorabilem Sanctae Parasceres tumbam.

Quid enim amabilius huic fieri potuisset corpore Parasceres?

Iterum assidue animo meditabatur: Et cunctis mediocritatem regimini
petierint, omnia paratus sum dare, sive facultates, sive aurum,
sive argentum, sive margaritas, sive lapides pretiosos, cuncta dare
desidero, cunctis privari, ut optatum mihi tribuant thesaurum.

Hac ubi audissent Franci, mox assensere postulato, atque omni
cum promptitudine et festinatione, sicut in munibus, sic et in
hoc eidem obtemperarunt, optatumque concedere jusserunt, et
alia quae humilitatem significarent inserunt, promittentes sese, si
possibilitas afforet, proprias quoque animas tradituros.

Cum ista Imperator intellexisset, arbitratus est se per aera
volare, nec sciebat pro gaudio quid ageret.

Statim ergo misit sanctissimum Marcum metropolitanum magni Preslarum
cum pompa plurima ad efferendum sanctum corpus Episcoporum
ex loco in gloriosam civitatem Ternovum.

Qui cum festinatione abiens, omnia quae honoris sunt explens,
ac acceptis reverenter sacris reliquiis, celeriter in propria
properabat, gratis agens Deo et Sanctae Parascerae.

Ut primum autem fines Francorum praeterisset atque in suam
appulisset provinciam, omnes qui in circuitu erant, concurrerant
cum candelis, incenso et myrrha odoriferis, comitantes tumbam

Sanctae Parascerae ad regiam urbem Ternovum.

Quo cognito, piissimus rex Joannes Asaen egressus est civitate
cum matre sua regina Elena cumque regina uxore sua Anna et
universis magnatibus; cum his et reverendissimo patriarcha Kyz

(an d. d. d.)

6
cerent cadaver.

235
Illi mandata exequentibus et in fodiendo festinantibus, ubi altius
foream cavarent, invenerunt corpus in terra prostratum, omni cor-
ruptione liberum.

Obstupescitibus et miraculo percitis, haesitabant attoniti de eo quod
accidisset.

Caeterum tanquam improbi et ignari despicientes casum seu rem parvi
momenti et nihili, proximo ibidem putridum illud et foeti-
dum nautae cadaver sepelierunt, perque domos dispersi omni-
bus manifestarunt rem quae contigerat.

Georgius autem quidam ex illis, vir pius et Christum amans, exi-
stens in domo sua contulit sese vesperi ad orandum, prout consue-
verat, supplexque Deum pro tota domo sua precabatur.

Hic ad malutinum tempus, somno oppressus, putabat se reginam ali-
quam in glorioso solio sedentem videre, et multitudinem pluri-
mam splendidium militum circumstantem.

Hoc ubi conspexisset Christi amans Georgius, illico tempore timore,
corruptus est, humique prostratus, nequibat claritatem et speciosi-
tatem eorum fiducialiter intueri.

Unde unus illorum apprehensa manu ejus, alleravit illum,
dicens: Georgi, quare sic despexistis corpus sanctae Parasceves?

Cito extrahentes illud, in honorifica tumba collocate.

Concupivit enim Rex speciem ejus, et complacuit glorificare eam
in terris.

Tunc et splendida illa ad illum locuta est: Cito, inquit, extra-
hentes reliquias meas, decenti condite loco.

Non enim diutius valeo foetorem cadaveris illius tolerare.

Nam et ego homo sum, de utero matris egressa; patriaque mea haec
est Epirata nuncupata, quam vos nunc inhabitatis.

Eadem nocte Euphemia quaedam devota femina similem huic visioni

- (g) Transacto vero haud exiguo tempore, intellecta sua ex hoc mundo migratione, statim ad orationem conversa est, et lachrymis faciem terrae irrigabat, atque dicebat; Amator hominum Domine, ne despicias me pauperam ancillam tuam, quae propter nomen sanctum tuum cuncta reliqui, teque secuta sum. Et nunc, misericordissime Domine, jube ab Angelo pacis pauperulam animam meam in pace suscipi; et ne impediantur mihi ascensus ab immundis, sordidis et malignis daemonis: sed dignam me fac cum fiducia consistere ante tremendum tribunal tuum, quoniam benedictus es tu in saecula saeculorum. Amen.

Hoc modo beatam animam in manus Dei tradidit.

Corpus vero ejus positum fuit in sepulchro a quibusdam Christum amantibus.

Neque enim manifestavit cuiusnam animam aut unde esset; sed permansit incognita usque ad diem migrationis ejusdem ad Deum.

Ejusmodi fuerunt certamina venerabilis Parascerae, ejusmodi luctatio spiritualis matris: quae brevi tempore in terris certans et mala tolerans, magnam in coelis gloriam adeptam est.

Verum ne hoc quidem modo passus est Deus ancillam suam longo tempore in oblivione jacere, vel putredine immaculatum illud corpus corrumpi stupendum et circa illud miraculum exhibendo.

- (h) Turricola siquidem eo tempore proximo ibidem in turri quadam semotam a rumoribus vitam agente Deoque et sibi ipsi attendente, contigit tantam quempiam gravi interire morbo, atque alibi illic ejectum jacere.

Cujus cadaver intolerabilem coepit emitte foetorem, ita quod nullus transire posset vicinam inibi viam.

Non solum autem, sed et turricola, cum non posset intolerabilem foetorem illum pati, coactus fuit de turri descendere, ac quibusdam mandare ut, excavata fossa, foetidum illud in eam inji-

Basilius cum universo coetu ecclesiastico ac innumera multitudine gentis.

238

Et rex quidem, quique cum illo fuerant, progressus est pedes ab urbe ad quatuor stadia magno cum honore in occursum sanctae Parasceres, quam manibus amplexantes, animo et corde amanter deosculabantur.

Et allatum corpus posuerunt in basilica urbis, ubi in hodiernum diem requiescit, diversas sanitates tribuens omnibus cum fiducia et charitate ad sacram tumbam eius currentibus.

Per gratiam et philanthropiam Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium cum Patre non habente principium, et sancto, optimo, vivificanteque Spiritu, et nunc et semper et in saecula saeculorum Amen.

Annotata.

g) Pro haud "exiguo" dubito an melius scripsisset interpres aliquando quum sancta suae in patriam reversioni nondum videatur fuisse superstes. Ita certe Symeon Caristes num 6 Commentarii allegatus: Regressa est in patriam Callitiam, et paulo post infirmitate extrema correpta, tradidit beatam animam in manus Dei viventis.

h) Vivendi ratio hujus turricolae videtur imitatio quaedam fuisse vitae stylitarum, de qua

x) Verum est Joannem Asanem cum Joanne Duca Vatacio ad annum 1235 ingentem vastitatem intulisse Latino-orientis atque ipsam Constantinopolim obsedis, sed tantum abfuit ut Francos urbem tenentes ad obedientiam suam redegerint, ut potius cum paucis admodum militibus Joannes Briennius numerosissimum Graecorum et Bulgarorum exercitum fuderit atque dissipaverit (Raynald. Annal. eccles. ad an. 1235, num. LI et seq.). Quam victoriam Georgius Acropolitae dissimulavit, noster vero Euthymius prorsus distortis in contrarium.

(duo sordid)

§ I. Sanctae ab aliis Parascervis distinctio. Distinguere facile est.

239

Sacris Ruthenorum fastis addien XIII Octobris. - - -

Vel XIV Octobris inserte (ex Synaxario peculiari dioeceseos Kij'orien-
si) (1668) - - - - -

Invenitur quoque S. Parascere in Horologio Slavonico sub anno 1547

Venetis impresso, ex quo Vitam ejus (ὡς ἐπὶ ποντοῦ ἐκείνου ὅτι ἐπὶ τοῦ ὕδατος
ἐν τῷ Παράσκειν)

Denique ne plura afferamus, invenitur in Tryphologio seu Anthologio
Ruthenico, Leopoli anno 1643 impresso, quo plurimum usus fuit
Culcinus, viz ipse Ruthenus et apprimè catholicus ex ordine S. Basilii
Magni, qui ne dubitasse quidem videtur quod S. Parascere legitimum
cultum etiam apud catholicos obtineret.

Nunc Calcinum ipsum audiamus, qui vitae illius synopsis ex libro jam
indicato latinam fecit.

Sancta nostra Mater Parasceria (ἡ ἁγία Πάτρη Πιάτνιτσα
Πιάτνιτσα), inquit, sanctimonialis Ternoviensis habet

in meo Anthologio proprium officium cum parvis et magnis Vesperis,
cum Canone et Synaxario, quod est tale:

«Haec Sancta Parasceria nata est in Serbia, in oppido Epiratum,
nuncupato, quod est prope urbem Callicratiam.

«Quum vero ejus parentes ad Deum migrassent, ipsa angelicam
vitam amplecti cupiens, relictis consanguineis, cognatis et amicis,
omnibusque mundi pompis conculcatis, petiit eremum, in qua soli-
tariam vitam ducens, in corpore agens incorporeos (quantum fas
est homini) Angelos egregie imitabatur: nam jejunis vigiliisque cor-
pusculum mortificabat, herbi tantummodo vires restaurabat, quum
tamen hac esca valde modice, idque ad vesperam, adhibito potu aquae,
uteretur.

«Libus enim ejus potusque erant lacrymae assiduaeque orationes

«Quum vero rigidum gelu frigusque eam molestarent, forti animo hanc

(ἀνοσδοῦν)

MASTER BOND
17X 22 SUP.
WHITE
20#

ipsa molestiam sustentabat; et suspiciens in Deum, qui solus potest infirmos corroborare, perseverantiam in ardore vitae instituta ²⁴⁰ eo humiliter corde implorabat.

« Sic illustribus ornata virtutibus, quum haberet animam ab illocebris mundanis mundissimam, fruebatur dulci cum Deo conversatione.

« Prescia interea sui obitus, relinquens ezeum, petiit Constantinopolim, ubi visitatis sacris templis, redditisque Deo suis votis, regressa est in patriam Callicratiam; et paulo post infirmitate extrema correpta, tradidit beatam animam in manus Dei viventes, a quo consecuta est immarcessibilem coronam.

« Porro et sacra ejus ipsis a Deo miraculis magnificavit: nam quicumque energumeni variisque morbis detenti ad ejus loculum accedebant, omnes liberationum curationumque gratias consequabantur.

« Hinc post longum temporis spatium translatus est solemni ter sacrum thaumaturgae monialis corporis Callicratia seu Eisrata sua patria ad celeberrimam Bulgariam Ternoviam, ibidemque honorificentissime collocatum in regio templo anno mundi conditi 6701, a Nativitate vero Domini 1175.

« Jacet incorruptum sacrum pignus usque in hodiernum diem, multisque claret curationibus, quas recipiunt ii qui cum fide ac devotione ad loculum accedunt.

« Hujus sanctae precibus, Domine, miserere nobis. Amen.

Hactenus meum Synaxarium, ex quo colligo hanc nostram Parascerian vocari a Ruthenis, Bulgaris, Valachis caeterisque Slavis ritu graeco utentibus Ternoviensem ab urbe Ternovia, ubi ejus corpus multo tempore miraculo claruit.

Quum vero Bulgaria occupata fuisset a Turcis, tunc credimus factam corporis translationem ex urbe Ternovia in Valachiam, ibidemque collocatum in urbe Jassensi. Hucusque Calcinus.

Scilicet Theodorus Balsamon in scholio ad canonem LXIII Concilii
 quinisexti (Apud Bereresium, Pandect. Canon. tom. I, pag. 232):
 « Sanctissimus ille patriarcha dominus Nicolaus Muzalon, inveniens
 vitam s. Parasceres, quae in regione Callicratia colitur, a quodam vicario
 inepte et angelica sanctae conversatione indigne compositam, eam
 jussit igni mandari, et diacono illi Basilico mandavit ut
vitam ejus Deo gratiam conscriberet ».

Atqui Nicolaus thronum patriarchicum occupavit a mense
 Decembris anni 1147 usque ad Martii exitum aut Aprilis ini-
 tium anni 1151 (Lequien Oriens Christ. tom. C col. 268), quando
 non multo plus quam saeculum, uti patet ostendens, ab
 obitu sanctae effluerat adeoque vitae ab ea actae
 memoria satis integra debet imperesce.

Imo antiquior illa quae jam tum exstabat Vita, jussu pa-
 triarchae combusta, ut ut trudi stylo ab illiterato ho-
 mine exarata fuerit, potuit tamen Basilico diacono
 elegantioris Vitis vitae auctiori documenta satis utilia
 suppeditare.

Ad jam indicatam s. Parasceres biographum accedit Gregorius
Zamblak sive Tzambalak metropolites Kijoviensis, ab Alberto
 Wjsh Kojalovitz s. J. latine scribente Cimoulacus, a
 Lequieno Kemirlaous cognominatus. Homo erat natione
 Bulgarus, singulari sacrae eruditionis commendatione
 conspicuus, ad haec, quod ei maximae laudi fuit, uni-
 versitatis catholicae perstudiosus...

Anno 1418 solemnem in sua ecclesia celebrandam insti-
 tuerat s. Parasceres Ternobensis festivitatem, ejusden-
 (Augusti)

que Vitam vel ante id tempus vel certe ea occasione litteris
mandaverat: quam Vitam inter praecipuas Biographias
Sanctorum Ruthenicarum cum laude recenset Philippus Strahl
(Beiträge zur Russischen Kirchengeschichte, tom. I, pg. 47 et 181),
et ea me carere eo magis doleo quod sit a catholico Sanctae
cultore insigni inter populares suos scriptore composita.
Interim, licet ipsum illud Gregorii opus nobis desit, illius
tamen mentionem fecisse jurebit, ut nomen inde argu-
mentum habeamus. S. Parasceren non solum a schismaticis,
sed etiam a catholicis ecclesiasticum cultum fuisse conse-
cutam.

III. Aetas Sanctae.

Docet enim error (in **Ordo Παπαρνού**) fuisse Euthymii,
qui Madyti episcopus fuit.

Ait Lequianus (Tom. I, col. 1141 et 1142):

Michaell Psellus junior in oratione quam de Michaelis Cerularii
patriarcha laudibus habuit, Euthymii Madytorum episcopi
meminit.

Quae hic postremo loco Psellus subdit, innunt prorsus
Cerularium Euthymio olim familiarem fuisse.

Quod si ita est, liquet quo circiter tempore Euthymius,
floruerit, quandoquidem Cerularius anno 1040 ab conjuratio-
nem adversus Michalem Paphlagonem imperatorem in monasterium
detrusus, triennio post sub Constantino Monomacho, patriar-
chatus adeptus est, quem ad annum usque 1058 tenuit.

Neque tamen prorsus aetate pares videntur fuisse Euthymius

(anv. d. d. d.)

et Michael, sed hic illo junior: etenim Psellus laudatoriam illam
quam diximus orationem in Michaelen sub huius successore
Constantino Lichude (Cfr. Pagius: Critic. ad ann. 1071, num. XLV),
ac proin intra quadriennium post Michaelis mortem, pronuntians,
Euthymium perhibet tanquam tempore aliquantulum jam tum
remoto episcopatu functum: ἀπεξαρτεῖν, inquiens, οὐ πόρρω ποδὶ
τῆς κατ' ἡγῆς γενῆς.

[Unde equidem confici posse censeo partem vitae Euthymii satis
magnam pertinuisse ad saeculum X, altanem eum saeculi XI
initio aliquot certe annos supervixisse.]

Neque improbabiler idem de S. Parascere, cuius frater ille fuit,
dixerimus.

Theodorus Balsamon, cuius item verba antea attulimus,
eius quædam in Kassyoparia, sanctam cultam fuisse asse-
verat.

In officio ecclesiastico decantari a Ruthenis in honorem S.

Parasceres

III Translatio corporis S. Parasceres in Bulgariam, deinde in
Moldoblachiam.

Haec translationi corporis S. Parascerae ad Ternobum urbem praefanda
duximus, tum ut ex his probabilem epocham eruamus qua illa transla-
tio contigisse censenda sit, tum deinde ut statuamus eam in
illud tempus incidisse quo catholica vigeat apud Bulgaros sacra.
Jam vero illud primum evidenter patet pugnantia inter se est
verba Kalendarii a Sparwenfeldio versi, supra a me allegata,
quibus scilicet assertitur assertur reliquias Sanctae Ternobum

(ἀνοσούρι)

apportatas fuisse anno mundi 6701, qui fuit Christi annus 1175, idque
sub Joanne Asane.

Item, si vel de Joanne Asanis fratre seu Joannicio sermo hic esset, ne
is quidem ante annum 1195 Bulgariae imperavit: qui vero proprie
Joannes Asan dictus fuit, nempe Asanis filius, is non nisi post annos
amplius viginti regnum capessivit; atque hunc fuisse cujus studio
atque cura sacris Parasceres reliquis ditatum fuit Ternoobum, Luthy-
minus Sanctae biographus diserte testatur.

In Synaxario autem quod ex Culcinio pridē descripsimus non solum
idem qui in Kalendaris error deprehenditur, sed insuper novo
errore annus Christi 1175 anni aerae Constantinopolitanae 6701
aequiparatur; quam in re. Assemanius (Kalend. Eccl. Univ.
tom. V. pag. 292):



Nescio utrum auctor Synaxarii an Culcinus ipse annum mundi
conditi 6701 cum anno a Nativitate Domini 1175 composuerit; quis-
quis tandem is fuerit, insigniter erravit; nam annus ille orbis
conditi respondet anno Christi non 1175, sed 1193, juxta
communem Graecorum Moschorumque supputandi rationem, qui
Christum natum volunt anno mundi 5508.

Crediderim equidem errorem hunc cum altero illo connexum esse
quo Culcinus opinatus fuit (Specim. Eccles. Ruthen., part. II, pag. 107, apud
Assemanii, op. cit., tom. I, pag. 162 et 163) in tabulis Papebrochianis.
ad diem XXV Decembris Nativitati Christi assignari annum mundi
5526; si enim eum numerum 5526 ex alio illo 6701 subduxeris,
residuum habebis 1175

(anodondi)

16
Sed ut ab proposito inquisitionem redeamus, ex Euthymii auctoritate
p²⁴⁵ explorato habendum est corpus Sanctae Ternobum devenisse sub
Joanne Asanis filio: quo vero regi ejus tempore, expresse quidem
Euthymius non determinat, ab videtur tamen, ex narratis ejus apte
satis colligi posse.

Nam licet virum praeter modum magnificet, neque in illius potentia
ac religione commendanda atque extollenda intra strictae veritatis
limites sese contineat, tamen quantum ad praecipuas translationis cir-
cumstantias fidus habendus est nec rerum male gnarus historicus,
qui eas, ut credere primum est, ex suae Ternobensis ecclesiae tabulis
didicerit.

Itaque, ut summatione dicta ejus repetamus, memorat Joannem Asanem,
multis quaquaversum regionibus in praesentem redactis, tandem Byzan-
tium usque universae sibi subactae, ipsamque adeo urbem fuisse
depopulatam, et Francos, qui eam praesidebant, sibi fecisse obsequentes;
audita autem fama S. Parasceres, petiisse illum a Francis, atque ab
eis, ad gratum illi faciendum paratissimis, facile obtinuisse, ut, quod
summo optaret, corpus Sanctae hujus virginis in Bulgariam deportari
permitterent. quam rem missum ab eo fuisse Marcum metropolitam
Praeslabensem, qui sacrum thesaurum Epiratis Ternobum afferet,
eique adventanti magna pompa obitum processisse regem ipsum cum
matre et uxore, necnon Basilis primatibus universaque clero et ma-
gnatibus, ac simul demum Sanctam in principe civitatis aede hono-
rificentissime tumulatam fuisse.

Si Euthymii oratio necessariis ferret omnes illas quas de praedicat
Joannis Asanis victorias et ad Byzantium usque incursiones
prius contigisse quam is corpus S. Parasceres a Francis nactus

(anodordi)

fuerit, translatio de qua agimus, anno 1236 vel proximo²⁹ secuti
initio innectenda foret, quo tempore Asanes, pace cum Latinis con-
posita in gratiam cum Romano Pontifice redierat.

Itenim nunquam ad Byzantium proxime accessisse scitur ante autu-
mnus anni 1235, et anno 1237 labente, ut supra diximus, et uxoris
suae et archiepiscopi Ternobensis jacturam fecit, quorum mortem ex
Euthymii narratis translatio praecedere debuit.

Hic vero nihil videtur ob stare quominus mentem Euthymii alia
ratione interpretemur: ita scilicet ut bellicae Joannis Asanis
laudes universae omnes congresserit ille quidem ad aestimationem
lectorum ei parandam, neque tamen ideo intelligi voluerit eum
hasce omnes laudes jam praestitisse ante corporis s. Parascevae transla-
tionem.

Hinc integrum nobis fuerit etiam in tempus anno 1236 antea re-
spicere, idque eo probabilius quod hoc pacto minorem difficultatem
facessit aetas Basilii Ternobensis antistitis, quem translationi prae-
sentem fuisse Euthymius refert.

Fuerat enim Basilii, antequam Ternobi sedere coepit, inde ab anno
1186 episcopus Debeli sive Zagorae ordinatus (Colatus, tom VIII
pag. 209), ac proinde jam tunc secundum jus ecclesiasticum Graecorum
annos aetatis numerare debuerat saltem triginta quinque: unde
sequitur eum saeculo XIII incunte circiter quinquagenarium vel
etiam aetate profectionem fuisse, ita ut merito subdubitari saltem
possit an successor potius Basilii fuerit ille Ternobensis antistes
cujus mortis nuntius anno 1237 Asani Gazulum cum Latinis
obsidenti allatus fuit.

(anodordii)


Itaque, praetermisso etiam illo spatio quo Asanes Graecorum amicitia implicitus alienum se passim a Latinis exhibuit, retro deveniendum existimo ad regni illius initia, sub quibus omnino credibile est Latinos, ut virum ad arma promptum delinirent sibi que adversus Graecos conciliarent, voto ejus de possidendis S. Parasceres Lipsanis haud gravate indulgisse. Et certe jam tum de hac Sancta inaudire Asanes potuerat a Bulgaris Scythisque illis qui sub rege Joannicio anno 1206 universam pene Thraciam vastarant ac nominatim oppidum Athyræ, quod Epiratis vicinissimum fuisse ad interfectionem delerant, (Nicht. Choniast. Hist. pag. 832 et seq. ed. Bonn. 1835): qua occasione neque ab Epiratis obtinuisse cessandi sunt, et sic in Virginis ibi sepultae ac miraculis conspicuae notitiam devenisse.

His positis, et ratione simul habita Kalendarii ac Synaxarii de quibus paulo ante sermo fuit, in eam demum sententiam tanquam maxime verisimilem venio translationem S. Parasceres ad urbem Ternobum anno aerae Constantinopolitanae 6730, qui a Septembri anni 1221 aerae vulgaris nostrae currere incipit, esse constituendam, eamque fortassis incidisse in diem XIII vel XIV Octobris, quo deinceps Sanctae memoria quotannis agi consuevit.

Nempe anni jam indicati nota numeralis apud Ruthenos Graecis fore characteribus utentes est ΣΥΛ; facile autem fieri potuit ut vitio minus periti aut minus ad rem attenti librarii praesertim cum litterae Λ et Α exigua tantum lineola inter se discrepent, in libris ecclesiasticis inrepperit scriptio ΣΥΑ pro ΣΥΛ.
(an. Sordani)

Unde ex una parte explicatur quomodo translatio S. Parasceves in Synaxario et Kalendaris Ruthenorum anno orbis conditi 6701 porperam sit affixa; ex altera vero parte, uti modo innuimus, argumentum aliquod sententiae nostrae confirmandae idoneum exurgit.

Hac autem stante sententia, perspicuum est a catholico adhuc principe (qualiscumque is demum postea eraserit) catholicisque episcopis exurias Sanctae nostrae in urbem et basilicam Ter-nobensem fuisse introductas.

Post haec, probabiliter circa saeculi  XIV finem, ubi Bulgaria, et Turcicae succubuit tyranni, sacris thesaurus Jassium: ubi, ut ait Papabrochius (Tom. I. Hist. pag. XLVIII), insigne monasterium

Basilianorum constructum fuit, in quibus ipsum sacrum corpus etiam nunc servatur, et hodie die solemni populorum ipsorumque Walachiae principum accessu colitur.

Pergit idem: Ibi illud se ridisse, speciosissimis indutum vestibus et adhuc integrum, anno MDCXLIV, quando pro rege Poloniae legatus ibat ad Magnum Chan Tartarorum, asserit nobis Joannes Zuni nunc sacerdos, et procul a patria vitam tantum non solitariam in hac nostrae Antverpiensis urbi frequentia degens.

Noveram istis aut esse aut fuisse aliquam nostrae Societatis residen-tiam: itaque in spem adductus plura discendi de historia vitae, pas-sionis, translationis atque miraculorum, quae istis frequentia fieri dicebantur, scripsi in Lithuaniam, indeque a R. P. Adamo Warelkowiez, in eadem missione aliquot annis versato, responsum accepi,

vera esse quae jam dixi omnia, etc.

Sed ~~per~~ litterarum epitome, quam porro Papebrochius subjicit, ipsas
litteras ~~Warelkovicii~~ Warelkovicii, quas penes nos adhuc esse jam antea dixi
(Tom. I Maii, pag. XXXV), hoc loco legendas exhibere praestiterit.

Idem qui infra, quae relipse vidi, aut etiam audivi.

Sancta Parascere, alias Venus, Valachiae Vinera dicta, sub cuius nomine
Jassii est monasterium erectum (Swyntae Vinerac) Sanctae

Veneris Basilitani Graeci ritus, dictis calugero ruthenice
vocatur Piatonka, alias Paraszk, quod etiam Valachis
commune est.

Dies illius festus celebratur in mense Octobri; quo vero die,
id mihi non constat: celebratur vero juxta stylum Ca-
lendarii antiqui.

Constantinopoli passim audiri quod calugero Basilitano,
probabile est cum adhuc graeci essent uniti Romanae
Ecclesiae.

Vidi eam in tumba inclusam, obductam panno rubro, ni fal-
lor, an serico dicto axamit (εφαμιτ): hic variare debet,
quod memoria id exciderit.

Altae staturae est corpus: totum non lustrari, faciem
cum collo et pedibus vidi; facies fusca: an intermediae
partes ibi sint, affirmare non audeo.

Vestita est pretiosis indumentis more illius gentis: habet
pretiosas res acn pictas, margaritas, annulos pretiosos.

Miracula vulgus dicit multa fieri; sed cum quaeritur
quae illa tandem, haec in particulari enumerare non potest.

De Vita istius sanctae haec accepi ab ~~ant~~ auito auditore

(an. Soudi)

Vitae illius, cum legeretur lingua graeca ipsius die festo in ecclesia Preswyntytelorum Jassii, praesente principe protunc Duka et boieris, qui autem mihi eam auditam retulit, is erat bonus catholicus Romanus, medicus praenominati principis, dominus Joannes Baptista Antonius Timones natione Venetus.

Hic ergo, cum quaererem, dixit multa se audivisse ibi taliaque sanctorum gesta et vidisse vitam dedecent, multa se advertisse inconvenientia et absurda: haec mihi ille, homo revera prudens. Plura non habeo.

Ita testor me partim haec audisse, partim audivisse a variis, cum essem in illam missione. Adamus Warelkowiez S. J.

Optabat id autem, uti cacteris et genus alia, ad certius de re tota judicandum, deque his quae graece ac latine scripta habere nos dixi fabulosatis multas plene: quare etiam nunc pergo ista Valachorum scripta optare.

Sed hoc ad diem XIV Novembris Die XIV Octobris.

Beatissimae matris nostrae Parascoviae hodie habet Menologium Slavico-russicum, a Sparzewsky feldio e linguae Slavonica in Latinam conversum, Venerabilis duntaxat vocatur in Ruthenorum,

in quo hodie pariter occurrit, Synaxario, anno 1688 per P. Georgium David Moscov, ab itunc missionarium agebat, ad nos misso.

Diversa indubie non est Parasceria seu Praxede, in ecclesiae Ruthenicae cum S. Sede apostolica Romana semper unitae

(anodondi)

Bollandi: A. A.
ss. Octobris. 9
p. 400

Specimine ab Ignatio Kulczyński pag. 44 hodie pariter memo-
rata.

Res cuius patescet, qui huius ibidem elogium, e monachorum Basilianorum Anthologio, in quo, uti in scriptor docet, officium proprium habet, de promptum, contulerit cum iis, quae de Parascevia sua hodie Menologium Slavorussicum suppeditat; verum haec una eademque forsitan etiam est cum s. Parascevia, quae a die, quo Ephemeridibus graeco-moscorum inscribitur.

XIII Octobris in diem proxime sequentem seu XIV Octobris
sit dilata?



ΑΚΑΔΗΜΙΑ

ΑΘΗΝΑΝ